



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

Tonsurâ quali Clericis, quali Subdionis, Diaconis, Sacerdotibus, Prælatibus  
vtendum, n. 33.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

tudines abiectis, & ea, quæ sursum sunt, querere & sapere. Nec propter hæreticorum derisionem, aut vulgi iudicium quemquam pudeat hoc Symbolo Ducē & Imperatorem suum profiteri, cui per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem; per infamiam & bonam famam, debet militare: c. maximè cū Concilium d. tam Oecumenicum Tridentinum, quam Prouincialia & Synodalia Colonienſia declarent, nullū primā Tonsurā initiatum aut etiam in Ordinibus constitutū, fori Priuilegio gaudere, nisi Tonsuram & habitum Clericalem gesserit.

*a. non liceat, vlt. dist. 23. b. Catechis. Rom. part. 2. c. 7. n. 13. & 14. c. 2. Cor. 6. 7. d. Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 6. Synod. Colon. sub Sifrido Archiepiscopo c. 9. §. item denunciamus, pag. 44. sub Henrico Archiepiscopo c. 2. pag. 86. sub Valramo Archiep. c. 4. pag. 111. & c. 18. pag. 124. & c. 20. pag. 129. sub Vilhelmo Archiep. cap. 5. pag. 157. sub Friderico Archiep. c. 5. pag. 189.*

Tonsurā quali Clericis, quali Subdiaconis,  
c Sacer-

*Diaconis, Sacerdotibus, Prælatu vten-  
dum.*

XXXIII. Vt constet quam latâ quis-  
que pro ratione Ordinis, gradus, ac sta-  
tus sui debeat gestare coronam: Sacer-  
dotis corona amplitudine suâ hostiæ  
magne, quæ ad Missæ Sacrificium ser-  
uit, par sit; Clerici verò atque item mi-  
noribus Ordinibus initiati ad paruulæ  
hostiæ, quæ laicis communicâtib; ex-  
hiberi solet, quantitatem æquet; Diaco-  
ni autem paulò minor sit Sacerdotali, &  
sicut Subdiaconi paulò maior Clericali,  
ita Pastoris vel curam animarum habē-  
tis Sacerdotali, & Prælati Pastoralis pau-  
lò maior sit.

*Ad maiores Ordines suscipiendos admissi,  
quo die, hora, loco, & habitu compa-  
rere debeant; & coram quo fidei Pro-  
fessionem facere.*

XXXIV. Omnes admissi ad Ordines  
sacros suscipiendos, Sabbato generalis  
ordinationis die; simul ad medium horæ  
octauæ maruinæ, in Metropolitanâ  
nostra